Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



146

ezechiel.

mū isrl' loqūtes aūnt. Vnus erat abraham. & hereditate possedit tram. nos aūt multi sumus. nob data e tra in possionem. Iccirco dic ad eos. hec dicit dominus deus. Qm sanguinem comedistis. & oculos vros leuastis ad idolas vras. & sanguinē fundebatis. numq̄ tram hereditate possidebitis. Stetistis in gladijs vris. fecistis abhominationes. & vnūsq̄sq; vxorem proximi sui polluit. & tram hereditate possidebitis. Hec dicis ad eos. Sic dicit dominus deus. Vmo ego qua qui in ruinosis habitant. gladio cadent. & qui in agro e bestijs tradent ad deuorandum. Et dabo tram in solitudinem & desertū. & deficiet superbia fortitudinis eius. & desolabūtur montes isrl eo q; nullus sit qui eos pertranseat. & scient quia ego dominus deus. cū dedero tram desolatam & desertam. propter vniuersas abhominationes suas q̄s operati sunt. Et tu fili hominis. Filij populi tui qui loquuntur de te iuxta muros & in foribus domoz. & dicunt vnus ad alterū. uterq; ad proximum suum lo quentes. Venite & audiamus q̄s sit sermo egrediens a domino. & veniunt ad te sicut ingreditur populus. & sedet coram te populus meus. Et audient sermones tuos & non faciunt eos. q̄z in canticū oris sui vertunt illos. & auaritiā suam sequitur cor eoz. Et ecce tu sicut carmen musicū. q̄ suauis & dulcis sono canitur. Et audient verba tua & non facient ea. Et cum venerit q̄ prohibitum est. ecce ei venit. tunc scient q̄ prophetes fuit in medio eos.

Cap'm. xxxiiij.

Et factus est sermo domini ad me dicens. Fili hominis. prophetā pastoribus isrl. & dices. Hec dicit dominus deus. Ve pastoribus isrl' qui pascebant semetipsos. Nonne greges pascuntur a pastoribus? Lac comedebatis. & lanis operiebamini. & q̄d crassum erat occidebatis. gregem aūt meū non pascebatis. q̄d infirmum fuit non consolidastis. & q̄d egrotum n sanastis. q̄d confractum est n alligastis. & q̄d abiectum non reduxistis. q̄d perierat non quesistis. sed cū austeritate imperabatis eis. & cum potentia. Et dispersi sunt oues mee eo q; n̄ esset pastor. Et facte sunt in deuorationem omnis bestie agri. & dispersi sunt. Errauerunt greges mei in montibus omni. & in uniuerso colle excelso. & super omnem faciem terre dispersi sunt greges mei. & non erat qui requireret. Non erat inq̄ qui requireret. Propterea pastores audite uerbum domini. Vi uo ego dicit dominus deus. quia pro eo q̄d facti sunt greges mei in rapinam. & oues mee in deuorationem omnis bestie agri. eo q; n̄ esset pastor. neq; enim requirerunt pastores gregem meum. sed pascebant pastores semetipsos. & gregem meum n̄ pascebant. Propterea pastores audite uerbū domini. Hec dicit dominus deus. Ecce ego ipse super pastores. requiram gregem meum de manu eoz. & cessare eos faciam ut ultra non pascant gregem meū. nec pascant amplius pastores semetipsos. & liberabo gregem meū de ore eoz. & non erit ultra eis in escam. quia hec dicit dominus deus. Ecce ego ipse requiram oues meas. & visitabo eas sicut visitat pastor gregem suum in die qui fuit in medio ouium suarum dissipatarum. Sic visitabo oues meas. & liberabo eas de omnibus

// Qui aūt pro fluvius fuit. peste mortuus est.